

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XII. Innoc. III. Vniversis Christi Fidelibus, tam in urbe a Metensi,
quam eius diæcesi constitutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

C A P V T XII.

Innoc. III. *Vniversus Christi Fidelibus, tam in urbe a Metensi, quam eius diaecsi constitutis.*

CVM ex injuncto nobis Apostolatus officio simus secundum Apostolum sapientibus, & insipientibus debitores, pro universorum salute nos oportet esse sollicitos, ut & malos retrahamus a vitiiis, & bonos in virtutibus soveamus: tunc autem opus est discretione majori, cum virtus sub specie virtutum occulte subintrant, & angelus satana se in angelum lucis simulatè transformat. Sanè significavit nobis venerabilis frater noster Metensis Episcopus per litteras suas, quod tam in dioecesi quam urbe Metensi laicorum & mulierum multitudo non modica tracta quodammodo desiderio Scripturarum, Evangelia, Epistolas Pauli, Psalterium, Moralia Job, & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone transferri, translationi huiusmodi adeo libenter, utinam autem & prudenter intendens, ut secretis conventionibus talia inter se laici, & mulieres eructare presumant, & sibi invicem prædicare: qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscent; & à se reputant alienos, qui aures, & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de Scripturis, quod ab his non deberent aliquatenus prohiberi. Quidā etiā ex eis simplicitatē sacerdotū suorū fastidiunt, & cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis, & prudentius se posse id eloqui, submurmurant in occulto. Licet autem desiderium intelligendi divinas Scripturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent merito arguent, quod tales occulta & conventicula celebrant, officium sibi prædicationis usurpat, sacerdotum simplicitatem elidunt, & eorum consortium aspernantur, qui talibus non inharent. Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, ut Apostolos suos in mundum universum prædicatores Evangelium omni creaturæ missurus, eis aperte præcepit dicens: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Per hoc manifestè denuncians, quod evangelica prædicatio non in occultis conventiculis, sicut hæretici faciunt; sed in Ecclesiis juxta morem catholicum est publicè proponenda. Nam iuxta testimonium Veritatis, omnis qui malè agit, odit lucem: & ad lucem non venit, ne eis opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera ejus, quæ in Deo sunt facta: propter quod cùm Pontifex interrogasset Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus, respondit ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi convenient, & in occulto locutus sum nihil. Porro si quis objiciat, quod iuxta præceptum dominicum non est sanctum dandum canibus, nec margarita mittenda sunt ante porcos, cùm & Christus ipse non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, intelligat canes, & porcos non eos esse, qui sanctum gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant; sed illos, qui sanctum dilacerant, & margaritas contemnunt, quales sunt qui evangelica verba, & ecclesiastica sacramenta, non ut Catholicæ venerantur, sed abominantur potius ut hæretici, oblatrantes semper, & blasphemantes:* quos Paulus Apostolus post primam, & secundam commonitionem docet esse vitandos. Arcana vero fidei sacramenta non sunt passim omnibus exponenda; cùm non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantum, qui ea fidei possunt concipere intellectu: propter quod simplicioribus inquit Apostolus: *Quasi parvulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam.* Majorum est enim solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil judicavi me scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Tanta est enim divina Scripturæ profunditas, ut non solum simplices, & illiterati, sed etiam prudentes, & docti non plenè sufficiant ad ipsius intelligentiam indagandam: propter quod dicit Scriptura: *Quia multí defecerunt scrutantes scrutiniū.* Vnde rectè fuit olim in lege divina statutū, ut bestia, quæ montem tetigerit, lapidetur; ne videlicet simplex aliquis, & indoctus presumat

præsumat ad sublimitatem Scripturæ sacræ pertingere, vel eam aliis prædicare. Scriptum est enim: Altiora te ne quæsieris. Propter quod dicit Apostolus non plus sapere, quæm oporteat sapere, sed sapere ob sobrietatem. Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia verò membra non eundem actum habent; ita multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habent officium: quia secundum Apostolum, alios quidem Dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem Doctores, &c. Cùm igitur Doctorum ordo sit quasi præcipuus in Ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium usurpare: nam secundum Apostolum: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit Apostolis: Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Quod si forte quis argutè respondeat, quia tales invisibiliter mittuntur à Deo, et si non visibiliter mittantur ab homine, cùm invisibilis missio multò sit dignior, quæm visibilis; & divina longè melior, quæm humana. Vnde Ioannes Baptista non legitur missus ab homine, sed à Deo, sicut Evangelista testatur: Quia fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Poteſt, & debet utique ratione præviā responderi, quod cùm interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantùm afferere, quod ipse sit missus à Deo, cùm hoc qui libet hæreticus affligeret; sed oportet, ut aſtruat illam invisibilem visionem per rationem miraculi, vel per Scripturæ testimonium speciale. Vnde cùm Dominus vellet mittere Moysem in Agyptum ad filios Iſraël, ut crederetur ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut converteret virginem in colubrum, & colubrum iterum reformaret in virgam. Ioannes quoque Baptista ſuę missionis speciale testimonium protulit de Scriptura, respondens Sacerdotibus, & Levitis qui missi fuerant ad interrogandum, quis effet, & quare baptizandi ſibi officium afflumpsifuerit: Ego vox clamantis in deferto: Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Prophet. Non ergo credendum ei, qui ſe dicit missum à Deo, cùm non sit missus ab homine, niſi de ſe ſpeciale proferat testimonium de Scripturis, velevi-dens miraculum ^d operetur. Nam & de his, qui missi leguntur à Deo, Evangelista testatur: Quod ipſi profecti prædicabant ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante ſequentibus signis. Licet autem Scientia valde fit ^e necessaria ſacerdotibus ad doctrinam, quia juxta verbum propheticum: Labia ſacerdotis custodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius; non eft tamen ſimplicibus ſacerdotibus etiam à ſcholasticis detrahendum, cùm in eis ſacerdotale ministerium debeat honorari: propter quod Dominus in lege præcepit: Diis non detrahēs; ſacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur. Iuxta quod alibi dicit de ſervo volente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum Diis. Cum enim juxta verbum Apostoli, ſervus ſuo domino ſter, aut cadat, profecto ſacerdos ab Episcopo, cuius eft correctioni ſubiectus, debet in mansuetudinis ſpiritu caſtigari, non autem à populo, cuius eft correctioni præpositus, in ſpiritu ſuperbiæ reprehendi; cùm juxta præceptum dominicum pater, & mater non debeant maledici, ſed potius honorari: quod de ſpirituali patre multò fortius debet intelligi, quæm carnali. Nec quisquam ſua præsumptionis audaciam illo defendat exemplum, quod aſina legitur reprehendiffe Prophetam, vel quod Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et ſi male loquutus ſum, testimonium perhibe de malo; cùm aliud ſit fratrem in ſe peccantem occulte corripere: quod utique quisque ^f tenetur efficere, ſecundum regulam evangeliacam; in quo caſu ſane potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab aſina: & aliud patrem ſuum etiam delinquentem reprehendere manifeste, ac præcipue fatuum pro ſimplici appellare: quod utique nulli licet ſecundum evangeliacam veritatem. Nam qui etiam fratri ſuo dixerit Fatue, reus erit gehennæ. Rurſus aliud eft, quod Prælatus ſe ſpontè de ſua confiſſio[n]ia innocentia ſubditorum accusationi ſupponit; in quo caſu præmiſſum Domini verbum debet intelligi: & aliud eft, quod ſubditus non tam animo corripiendi, quæm detrahendi exurgit temerarius in Prælatū, cùm eum potius maneat neceſſitas obſequandi. Quod ſi forrè neceſſitas poſtularit, ut ſacerdos tanquam inutilis, aut indignus, à cura gregis debeat removeri, agendū eft ordinatè apud Epifcopum, ad cuius officium tam iñſtitutio, quæm deſtitutio ſacerdotum noſcitur pertinere. Illud autem tanquam de ſupercilio Pharisaorū procedens debet ab omnibus aspernari, quod tanquam ipſi ſoli ſint iusti, cæterosaspernantur: cùm & haſtenus ab initio naſcentis Ecclesiæ multi fuerint viri sancti, qui nec tales fuiffe leguntur, nec talibus adhæſſe, cùm de novo tales ſurrexiſſe legantur, qui niſi contenti ſint doceri potius, quæm docere, ad illos forſitan pertinebunt,

tenebunt, quibus Dominus ait: Nolite fieri plures magistri. Nos ergo filii, quia paterno vos affectu diligimus, ne sub prætextu veritatis in foveam decidatis erroris, & sub specie virtutum, in laqueum vitorum: universitatem vestram rogamus attentius, monemus, & exhortamur in Domino, in remissionem vobis peccatorum injungentes, quatenus ab his, quæ superius reprehensibilia denotavimus, & lignam, & animum revocetis, fidem catholicam, & regulam ecclesiasticam observantes, ne vos verbis fallacibus circumveniri, vel etiam circumvenire contingat: quia nisi correctionem nostram, & admonitionem paternam receperitis humiliter, & devotè, nos post oleum infundemus & vinum, severitatem ecclesiasticam apponentes, ut qui noluerint obedire spontanei, discant acquiescere vel invitati. Datum Lateran.

N O T A E.

^{1.} **M**etenſi.) Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc titulo cap. 3. & in epistolis Innocentii editis a Sircleto lib. 3. fol. 358. De Metensi diœcesi egi in cap. 14. de cleric. non resid. Cum enim Innocentius III. accepisset ab Episcopo Metensi, in ea diœcesi occasione sacra Scriptura in vulgarem linguam Galicanam verba multos, tam viros, quam foeminas, contemptis fæderum suorum prædicationibus, occulta conventicula celebrare, & officium prædicationis sibi usurpare, ne hinc gravius malum oriretur, cives Metensi diœcesis in præsenti epistola monet, ut ab his excessibus desistant: & Episcopum jussit diligenter inquirere, quis fuisset auctor translationis illius, quæ ejus intentio, quæ causa docendi, & utrum Sedem Apostolicam, & Catholicam Ecclesiam veneraretur, & his cognitis, quid statu deberet, maturius liberaret. Quæ epistola Episcopo & Capitulo Metensi misa referetur à Sircleto d. lib. 2. fol. 358. in hæc verba: *Sicut Ecclesiæ Prelatis incumbit ad accipienda vespes parvulas, quæ demoliri vineam Domini moluntur, prudenter, & diligenter intendere; sic est eis summoperè præcavendum, ne ante messem zizania colligantur, ne forsan (quod absit) cum eis etiam triticum evellatur. Sane sciat non debet heretica prævitas tolerari, sic enervatione debet religio simplicitas, ne vel patientia nostra hereticis audaciam subministreret, vel simplicies in patientia multa confundat, ut nobis dirutis convertantur in arcum perversum, & in hereticos de simplicibus committantur. Sane significasti nobis per litteras tuas, frater Episcopo, quod tam in diœcesi, quam urbe Metensi, &c. ut supra, usque ad verbum in occulto. Quia vero in dubio non est de facilis sententia proferenda, cum quod vel idem errant in fide, vel à doctrina discrepant salutari, nobis per tuas litteras, frater Episcopo, non daxeris exprimendum: cum opinionem, & vitam eorum penitus ignoramus, qui sacras Scripturas taliter transulerunt; aut eorum, qui docent taliter jam translatas: quorum neutrum potest fieri sine scientia litterarum, licet in his arguendi merito videantur, quod occulta conventicula celebrant, officium sibi, &c. usque ad verbum Non inhaerent. Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus eos commovere diligenter studieris, rationibus, & exhortationibus innentes, ut ab his, in quibus apparent reprehensiones notabiles, omnino defstant, nec officium sibi vindicent alienum. Inquiratis etiam solicite veritatem, quis fuerit auctor translationis illius, quæ intentio transferentis, qua fides uterum, quæ causa docendi, si Sedem Apostolicam, & Catholicam Ecclesiam venerentur, ut super his, & aliis, quæ necessaria sunt*

ad indagandam plenius veritatem, per litteras vestras sufficienter instruti, quid statui debeat, melius intelligere valeamus. Revocandi autem eos, & convincendi secundum scripturas super his, quæ reprehensibilia denotavimus, viam vobis in litteris, quas communiter illis dirigimus, aperimus. Dat. Later. IV. idus Iul. Et cum adhuc plures renuissent obedire mandatis idius, Abbatibus Cisterciensi, Moris mundi, & de Crïsta in hæc verba rescripsit: (Ea est in foenitibus virtutibus, & viis extirpandis à Prelatis Ecclesiæ servanda discreto, & circumspectio adhibenda, ne vel internascentium densitate spinarum enormiter frumenta lœdantur, vel in superseminatorum zizaniorum evulsione triticum evellatur. In absente indendi etiam, & curandi corporibus infirmorum sic oculi diligentia præcedere debet manus officium, & ferrum digitus præverire, ne si cauterium adhibeatur incaute, non tam partes infirmas non sanet, quæ sanas infirmet: quod tantò diligenter in mentis languoribus est servandum, quanto animam novi mus corpore digniorum, & spiritualia carnibus præponenda. Hoc autem infra nos ipsos diligenter attendentes, cum olim venerabilis frater noster Metensi Episcopus per suas nobis litteras intimasset, quod tam in diœcesi, quam in urbe Metensi laicorum non modica multitudo gallice eidem translationi divinorum librorum intendens, secretis conventiculis etiam inter se invicem eructare præsumerent, aliorum aspernantes consortium, & in faciem redarguentibus Presbyteris resistentes, quorum simplicitatem fastidium censebant, in suę translationis peritia confidentes, non protinus ad vindictam nos res accedit incognita, sed universis tam in urbe, quam in Metensi diœcesi constitutis, sub eo tenore litteras curavimus Apostolicas destinare, qui vobis ex transcripti earum poterit inspectione patere. Eudem insuper Episcopo, & Capitulo Metensi declimus in mandatis, ut inquirerent sollicitè veritatem quis fuerit auctor translationis illius, quæ intentio transferentis, qua fides uterum, quæ causa docendi: si utentes ipsa venerarentur Apostolicam Sedem, & Catholicam Ecclesiam honorarent, ut super his, & aliis, quæ necessaria sunt ad indagandam plenius veritatem, per eorum litteras sufficienter instruti, plenius intellegeremus, & planius, quid super his statui porteret. Nuper autem idem Episcopus per suas nobis litteras intimavit, quod quidam eorum, quos notabiles prioribus litteris denotarat, mandatis recusant Apostolicis obedire: qui busdam eorum clanculo, quibusdam vero jam publicè obediendum esse dicentibus soli Deo.

Ab

In Librum V. Decretalium,

Ab occultis etiam conventiculis non cessantes, officium prædicationis occulte, licet à nullo mittantur, prohibiti etiam, sibi non metuant usurpare: aspernantes sibi dissimiles, & translatio ni eidem usque adeo insistentes, ut se neque Episcopo, neque Metropolitano suo, nec nobis ipsis afferant parituros, si eam decreverimus ab lendam. Licet autem tales in eo reprehendi meritò videantur, quod occulta conventicula celebrant, officium prædicationis usurpant, simplicitatem despiciunt sacerdotum, & coruū confortia, qui dictam translationem non recipiunt, aspernantur. Ne quid subito tamen facere videamus, discretioni vestra (de qua plenè confidimus) per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad civitatem Metensem pariter accedentes, cum eodem Episcopo convocetis coram vobis tales sapientes, & adhaerentes translationi predicta; & si fieri poterit, que in eis reprehensibilia fuerint, auctoritate freti Apostolica, sublato appellationis obstaculo corrigatis. Quod si correctionem vestram recipere forte noluerint, inquiratis super capitulis illis, que in litteris, quas Episcopo misserunt, expressa fuisse superiori vobis expressum, & aliis etiam diligenter veritatem; & quod innueritis, per nuntium vestrum, & litteras plenius intimetis: ut per vos certiores effici, prout procedendum fuerit, procedamus. Cum enim in hoc universalis Ecclesia vertatur negotium, & agatur causa fidic christiana, ad exequendum Apostolica Sedis mandatum cum summa diligentia, & cautela vos studiosos & promptos esse volumus, & mandamus. Ad hanc M. Crispinum Presbyterum, & R. socium eius, si super his, quæ dicitus Episcopus eis duxerit imponenda inveniretis esse reos, ipsos, appellacione remota, canonice puniat. Alioquin eundem Episcopum ad remittendam poenam, si quam eis forsitan inflixit, cum nihil contra eum, vel Clericum in nostra proposuerint audiencia, monitione premisa, distinctione quā convenient, remoto appellationis obstaculo cogere non tardetis. Quod si non omnes, &c. duo vestrum, &c.)

2. b Gallico sermone.) Quod nullo modo permittendum est, ut probat Turrianus lib. 1. pro canonibus, cap. 24. & caveretur in indice librorum prohibitorum edito à Concilio Trident. ubi quarta regula sic se habet: Cum experimentum manifestum sit, quod sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, & plus inde ob hominum temeritatem detrimentum, quam utilitas oriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur. Et in indice postea edito iussu Clementis VIII. circa eandem regulam 4. ita cautum fuit: Animadversendum est circa supradictam regulam quartam felicis recordationis Pij Pape IV. nullam per banc impressionem, & editionem de novo tribu facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium Superioribus concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato, & usu sancte Romane, & universalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias. Et in indice pro his Hispaniarum regnis edito auctoritate Cardinalis D. Antonii Zapata, regul. 5. ita caveretur: Biblia vulgari lingua prohibetur. Si enim Scriptura sacra in vulgari lingua perritterentur, ut à viris, & mulieribus, doctis, &

indoctis legerentur, variae heres, & errores sc. querentur: quare apud Hebreos arcebantur juvenes ante annum etatis trigessimum à lectione Canticorum Salomonis, & quarundam aliarum Scriptura partium, eo quod posset ea lectio damnosior illis esse, quam fructuostior, si corici nimium inherentes, verum sensum non percavissent. Refert & probat Nazianzenus apolog. I. & D. Hieronymus ad Letam, de institutione filia ait: Ad ultimum sine periculo discat Canticum Cantorum, ne si in exordio legerit sub carnalibus verbis, spiritualium nuptiarum epitalamum non intelligens vulneretur. Simili ex causa apud Romanos foli Pontifices legebant libros Sibyllinos, quod timerent Romani ne libri illi fatidici, tametsi boni attentâ lectorum conditione noctis evaderent, ut probat Lansellus in disput. ad Insinum contra Casaubonem, cap. 6. unde Nicophorus Gregoras lib. 10. historia Romana, probat Scripturam non nisi adhuc delectu esse permittendam, nec esse quorumcunque eam versare, ne in libro vite morteni inveniant, ut plerisque improvidis accidisse tertur. Quis enim non videat quantum damnum accideret, si passim agricolæ & opifices sacra volumina lexitarent in vernacula lingua; cum in eis multa habeantur, quæ prima fronte contraria videntur. Ecce ad Romanos cap. 14. Apostolus ait: Regnum Dei non est esca, & potus. Cum tamen Christus Dominus dicat a. pud D. Lucam cap. 22. Ego dispono vobis, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Item Genesis 1. dicitur: Crescite, & multiplicamini. Et Luce cap. 23. Beate steriles, que non geruerunt. Et Matth. cap. 19. Beati eunuchi, qui se castigaverunt propter regnum celorum. Et Moyses Genesis cap. 22. ait: Tentavit Deus Abraham. Et B. Iacobus epist. 1. inquit: Deus neminem tentat. Et Exodi 24. Videruntque Deum, & comedrunt. Cum Deusi pfi Moyse dixerit Exodi cap. 32. Non enim videbit me homo, & vivet. Et David psalmo 1. ait: Non resurgent impi in iudicio. Cum D. Paulus ad Romanos 15. afferat: Omnes quidem resurgemus. Omitto alia in sacris literis, quæ hominem rudem, & imperitum graviter offendunt; cum abjecta, ridicula, aut absurdâ ea judicare posset: ex quibus nonnulla exempla refert Azor. p. 1. inst. lib. 8. cap. 26. & alia incommoda hujus abusus refert Germon. in pomerid. sess. 4. fol. 259. Nec obstabit si das, sacram Scripturam olim maternis linguis fuisse conscriptam: nam Moyse, & alii veteris Testamenti scriptores Hebraica lingua, quæ tunc temporis utebantur Hebrei, scripsere: & D. Matthæus Evangelium hebraicè scriptis in gratiam Judeorum, teste Hieronymo in apolog. ad Matthæum, & probat Macedo de clavibus Petri lib. 2. cap. 1. 2. & 3. Fr. Antonius Perez in pentaleucho fidei, volum. 3. de sacra Scriptura, Fr. Ant. à matre Dei preludio 2. de ling. sacra. Script. dubio 4. & epistola D. Pauli ad Hebreos fertur hebraicè primum edita. Cæteri vero libri novi Testamenti græcè sunt conscripti, quia Orientalium gentium, quæ in Romanorum Imperio vivebant, erat propria lingua; & in Ecclesia Latina sacri libri latini sunt editi, quia omnes tunc temporis latini loquuntur. Nam respondeo, quod tunc his tribus linguis sacri Scriptores usi fuerunt, quia scriptura sanctæ tunc apud Gentes promulgari coeperunt: quare necessarium

necessariò his linguis editæ fuerunt, ut percipi non possent à Gentibus: quæ ratio hodie non militat. Et si objicias, D. Paulum in epistola I. ad Corinthios, cap. 14. reprehendenter eos, qui variis linguis in Ecclesia loquebantur, ubi ait: Ita & vos per lingua nostra i. if. sermonem dede-
reis, quomodo scietis id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes. Et statim: Siergo (inquit) nescie-
ro virtutem vocis, ero ei, cuius laqueo, barbarus, &
qui loquuntur mibi barbarus. Et ad Romanos cap. 10.
Fides (air) ex auditu, auditus autem per verbum
Christi. At si ii, quibus annunciatur Dei verbum,
non intelligant, perinde est ac si non audiant. Re-
spondeo Paulum in his locis agere de his, qui do-
no linguarum prediti erant, quo multi Corinthio-
rum tunc temporis divinitus donabantur, &
quo eos Apostolus ut voluit ad aliorum pro-
fectum, videlicet ne publicè loquerentur lin-
guis in Ecclesia, nisi esset qui interpretaretur, ut
omnes intelligendo ad pietatem inflammarentur
ardentius, ut docuit Azor I. part. inst. lib. 8. cap.
26. Macedo supra, cap. 3. Rectè ergo Ecclesia pro-
hibuit sacram Scripturam vulgari lingua legi, &
publicè edi, licet olim cùm laici Latini sermonis
periti essent, vel Græci, in sacra Scriptura assidui
essent, juxta consilium D. Chrysostomi in homilia
de Lazar, & homilia 10. in Ioannem, & homil. 3.
in epist. 2. ad Thessalon. D. Hieron. in epist. 2. ad Pau-
lam, & Eustochium.

c. Conventicula.] Quæ apud omnes nationes
ledulò, & accuratè prohibita legimus, l. conve-
nticula 15. Cod. de Episc. & cleric. l. denunciamus,
Cod. de his qui ad Ecclesiam, l. 1. & 2. Cod. de se-
ditiosis, l. 1. Cod. ad leg. Inl. majst. §. conventicula,
de pace juramento firmanda in usibus frumentorum, l. 3.
ut. 14. lib. 8. Recopil. plura congesserunt Petrus
Greg. lib. 13. derepub. cap. 3. Martha 2. part. de ju-
risd. cap. 23. ex num. 24.

d. Operetur.] Quare ut Christus Dominus
suum à Patre missione confirmaret, sapienti ob-
stinati Judæi sua objiciebat miracula, dicens: Si
mihi non creditis, operibus credite. Et iterum: O-
pera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.
Et cap. ultimo Divi Marci. Illustrant latè Fr. Tho-
mas a S. Joanne de procuranda omnium gentium
salute lib. 4. cap. 3. Torreblanca de magia cap. 29.
num. 25. Thomas Bozius de signis Ecclesie lib. 5.
cap. 1.

e. Necessaria.] Ut probavi in cap. 4. de aera,
& qualit.

f. Teneantur efficere.] Nam correctionem fra-
ternam sub præcepto tenemur adhibere. D. Tho-
mas 2. 2. quæst. 33. art. 2. probant Turifcretum in
cap. spcc. aev. 19. 2. quæst. 1. Valentia tom. 3. ad
2. 2. dis. 3. q. 10. punct. 2.

COMMENTARIUM.

Ex hac perdocta Innocentii epistola sequens
communiter deducitur assertio: Laici in Eccle-
sia prædicare non debent, nec de mysteriis fidei in con-
venticulis disputare. Probavit eam textus in cap.
malier, 23. dis. 2. cap. excommunicatus 13. §. quia
vero, cap. sicut in uno, hoc titulo, cap. 2. §. inhibe-
mus, cod. tit. lib. 6. Concil. Carthag. 4. can. 98.
ibi: Laicus præsentibus clericis, nisi ipsi roganti-
bus, docere non audeat. Sexta Synodus can. 64.
ibi: Quod non oportet laicum publicè disputare, vel
docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vindicantem:
sed ordinà Domino tradito cedere, & aurem̄, vel

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & divina
ab eis doceri. In una enim Ecclesia diversa membra
fecit Deus, ut est vox Apostoli. Leo I. epist. 62. ad
Maximum Antiochenum, cap. 6. Illud quoque
dilectionem tuam convenit præcavere, ut prater
eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullus fibi jus
dicendi, & prædicandi audeat vendicare, sive
sit ille monachus, sive sit laicus, qui alicujus scien-
tianomine gloriatur, quia eti optandum est, ut
omnes Ecclesia filii, querenti, & sans sunt, sa-
piant; non tamen permittendum est, ut quisquam
extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sa-
bi prædicatoris assumat, cum in Ecclesia Dei om-
niordinata esse conveniat, ut in uno Christicorpore;
& excellenter a membra suum officium im-
plement, & inferiora superioribus non resulgent. Na-
zianzenus orat. 9. Oves Pastores ne pascite, nec
supra fines vestros assurgite: satis enim vobis est
firmitate pascamini. Et orat. 26. Magnum, & præ-
clarum docere, sed discere pericolo vacat: quid
pastoris munus tibi arrogas, cum ovis sis? quid
caput efficeris, cum pessis? quid exercitum ducere
aggrederis in milium ordinem adscriptus. Et l. 1.
& per totum Cod. Theodos. de his qui super religio-
ne contendunt. Illustrant ultra conceitos à Bar-
bola in præsent, Petrus Gregor. lib. 1. partit.
tit. 22. cap. 4. & lib. 2. tit. 7. cap. 5. Mornacius
in l. nemo, Cod. de summa Trinit. Sebastianus Cæ-
sar de Eccles. Hierarch. disput. 9. num. 8. Farinac.
de heresi quest. 192. §. 1. Acuña in cap. manda-
tis, 56. dis. Suarez de fide disput. 20. sett. 1.
Castro lib. 1. de justa heretici. punit. cap. 19. San-
chez lib. 2. summe, cap. 6. Azor part. 1. insti-
mor. lib. 8. cap. 6. Zonaras & Balfamon in dis. 1.
can. 64. sexta Synodi. Ferrarius de ritu sacrarum
concionum, lib. 2. cap. 4. 5. & 6. Hallierius de hi-
erarch. juris. lib. 1. cap. 7. Cenedius ad 6. collect. 20.
Thomas Delbene part. 1. de offic. Inquisit. dubit. 154.
Franc. Valens in concord. Iuris cum Theolog. rat.
fol. 248. Azor tom. 1. inst. lib. 8. cap. 26. Alteßerá
hic.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem asser-
tionem ita insurgo: A Deo non queritur, quis, Tra-
& qualis sit, qui prædicat, sed quid prædicet, cap. tur ra-
2. secundum, 19. dis. Igitur, sive laicus, sive clericus
sit, qui prædicat, si p̄s, & sancta dogmata præ-
dicat, audiendus est. Augetur hæc dubitandi ratio
ex variis exemplis, quibus probatur, laicos in
Ecclesia prædicasse scientibus, & consentientibus
Episcopis, ut refert Nicephorus Calixtus
lib. 5. hist. Eccles. cap. 14. illis verbis: Cum
Cæsare degeret Origenes Episcopi Palestini lega-
tione quoque ad eum missa ei permisere, ut de sa-
cri litteris differeret, & publicè eas in Ecclesia
interpretaretur, quamvis non presbyteri hono-
rem esset consequitus. Idque comprobatur ex scri-
ptis suis, quæ Demetrius male erga Originem
affactus Episcopis Palestini misit, in quibus
scriptis prater alia illud erat: Nunquam ante
auditum, nunquam factum esse, ut præsentibus
Episcopis laici concionarentur: quapropter illi, &
potissimum Alexander Hierosolymitanus, & Theo-
dorus Casariensis Antislates defensionem ejus rei ad
eum scripserunt, non verè illum dicere afferan-
tes: ubi enim, inquit, reperiuntur idonei homi-
nes, qui doctrinam suam prædæsse fratribus possint, si
illi sanctorum Episcoporum iussu, & permissione
per exhortationes ad populum verbâ facient, id offensi-
diculo non est, sicuti apud Sandaros Eusebii à Neo-
ne Iconi, Paulinus à Celsi Synada, Theodorus ab

Artico, omnibus illis beatis fratribus invitati fecerunt. Et subdit: *Verisimile autem est, in aliis quaque locis, quos nos ignoramus, itidem esse factum.* Facit Tertullianus, cuius verba retuli in cap. inter cetera, de offic. ordin. Igitur quia laicis licet publice in Ecclesiis predicare. Deinde in secundam partem assertio ita argumentor. Si non licenter laicis de mysteriis fidei disputare, & differere, non vocarentur ad Concilia generalia, ubi praecipua fidei dogmata proponuntur, & differuntur: sed in ipsis Conciliis adstant, ut probavili lib. 1. *Concilii Illyber. cap. 8.* Igitur quia illis licet fidei mysteria disputare.

8. Quàd dubitandi ratione non obstante, vera est *Quibus*, praesens assertio, pro cuius expositione, omissis & quan. quæ de prædicatione, & prædicandi munere do licet adduxi in cap. inter cetera, de offic. ordin. scinduntur. Quod disputatio de fide dubitativa, quæ præcedit ex animo improbandi illam, est omniò illi- re, & hæretica, si adlit pertinacia, juxta suprà tra- dita in cap. i. hoc rii. quo casu procedit textus in l. nemo, Cod. de summa Trinit. ut eam accep. runt D. Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 7. Suarez de fide disput. 20. seft. 1. Acuna in cap. in mandatis, 56. disf. Mor- nacius in dict. l. nemo. Si vero disputatio de fide tan- tum sit moralis, qualis habetur inter Catholicos animo quidem concordes, disputantes gratiâ ex- ercitii ad veritatem magis in dagandam, ac errores confutandos, licita est, servatis debitis circum- stantias, ut patet ex textu in cap. satis, 96. disf. ubi glossa: & in cap. cum quibus, 24. disf. Dixi lerva- tis debitis circumstantias, quia illæ magnopere at- tendenda sunt, tum respectu audientium, ne decipi- tantur, vel scandalum patientur; tum disputan- tum, ne sint indocti; tandem loci, & temporis, aliter talis disputatio illicita est, cum ut ait Tacitus lib. 4. annal. cap. 34. sanctius ac reverentius vi- sum est, de aliis Deorum credere, quam scire. Fa- ciunt Cicero de natura Deorum, ibi: Mala, & impia est conuentudo contra Deos disputare, sive id ex animo fiat, sive simulatè. Et præceptum Philippi.

Deum esse crede, & colito, sed non querito:
Nam nihil habebis aliquid hic, quām querere.

Et pī ac Catholici scriptores Hilarius de Trinitate, ibi: *Deus religione intelligendus, pietate pro- fitendus est, sensu vero persequendus non est, sed adorandus.* D. Cyprianus in Symbolo, ibi: *De Deo etiam vera dicere periculosem est.* D. Gregor. Nazianzenus relatus ab Alciato in dict. l. nemo, num- ber. 2. Alia disputatio est vera, seu formalis, quæ habetur cum hæreticis, ubi disputantes non tan- tum verbis, & argumentis, sed animorum, & senten- tiarum diversitate dissi'entes pugnant, quæ ut periculosa regulariter prohibetur; licita tamen, & laudabilis est, ubi servatis circumstantiis nullum imminent periculum, quod timeatur. Cujus propo- positionis prior pars probatur ex cap. in mandatis, 56. disf. & docent D. Thom. & Acuna ubi suprà, latè Beldius tom. 2. polt. disser. de stud. liter. c. 12. Pater, siquidem in hac disputatione in primis adest periculum audientium, qui insigante satana incipiunt dubitare, putantes hæreticos victoriam re- portaturos, juxta illud Divi Pauli ad Timoth. cap. 2. *Noli verbis contendere, ad nihil enim profest, nisi ad subversionem audientium.* Nec deest pericu- lum hæreticorum, qui juxta suam pertinaciam fa- cilè per convitia argumenta effugere nituntur. Ad- est tandem periculum disputantium, ut constat ex his, quæ refert Rufinus lib. 10. hisfor. Eccles. cap. 3.

Ex causa tamen, & servatis debitibus circumstantiis, non solùm licita, verum & necessaria est, cum aliqua fructus spes adest. Idem fecisse Stephanum cum Judæis legimus cap. 6. & 7. *Actuum Apost. & Paulum cum Judæis, & Græcis Actuum Apost. c. 9.* immò ipse Apostolus ad Titum cap. 1. in Epiloco doctrinam necessariam esse dicit, quā contradicentes, seu fidem nostram oppugnantes arguere posse, & argumentationibus convincere, quos imi- tati fuerint antiqui Ecclesiæ PP. & DD. ut constat ex gestis, scriptisque Hilarii, Nazianzeni, Hieronymi, Augustini, & aliorum, variisque Concilii, in quibus non sine magno audientium fructu, fi- deique nostra auctoritate cum hæreticis publicè fuit disputatum, ut videre est in Concilio Niceno 1. & 2. Constantinop. 3. Lugdunensi, Floren- tino & aliis. Unde D. Ambrosius cum Valentinius Jun. collationem super religionem in consisto- rio suo indixisset, ad populum provocavit, & in Ecclesia coram populo dispuari, seu tractari vo- luit: *Veniant plani, si qui sunt, ad Ecclesiam; andiant cum populo: non ut quisquam judex resideat, sed u- nusquisque, de suo affectu habeat examen, eligat quæ se- quatur.* Agitur de istius Ecclesiæ sacerdoce: si andire illum populus, & pataverit melius di' putare, si qua- tur si è eus, non invidebo. Omitto, quia jam ipse po- pulus iudicavit. Taceo, quia cum, quem haber, de pa- tre tua clementia postul' sis. Taceo, quia pater pietatis tua quicquid futuram spopondi, si electus suscep- rit sacerdotium. Et mox. Si tractandum est, tractare in Ecclesia didici, quod majores fecerunt mihi: si con- ferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio. Et sub finem epistola: *Venissem Imperator ad consi- storium clementie tuæ, ut haec coram jugeret, sim ei, vel Episcopi, vel populus permisissent, dicentes de fide in Ecclesia coram populo debere tractari.* Et in oratione subtexa adversus Auxentium, ubi inter alia ait: *Cansam fidei in Ecclesia agendum quis ab- nnat?* Item: *Hac ego fratres coram ipso apud vos plenius disputarem: sed certus non ignaro vos esse fideli, vestrum refutat examen.* Et Gentiles quol- dam quatuor, aut quinque ferme homines elegit cognitores sibi: *Qui si gitur vobis injuriam facit, qui recusat vestram, an qui eligit audiendum? Illud summè evendum est, ne disceptatio fiat coram simplicioribus, qui solutionem contrariarum ra- tionum non percipiunt, & turbari potius solent, quām in fide confirmari, ut monebat D. Grego- riūs 2. part. Paſtor. cap. 4.*

Quibus præmissis ut ad personas de fide dispu- tantes perveniamus, dicendum est circa disputa- ^{9.} *De lai- tionem dubitativam*, & eam quæ materialis, seu cui dis- ciplina dicitur, nullam dati differentiam inter laicos, puani- & clericos: sicut illa enim neutri licet, l. 1. & per bus- totum Cod. Theodos. de his qui super relig. con- tentant. dict. l. nemo, Cod. de summa Trinit. cap. 1. hoc rii. ita haec utrobius conceditur, ut paulin vidimus laicos Theologia Professores, seu juris Canoni- ci peritos in Scholis disputantes de mysteriis fidei. Versatus tamen magna differentia inter laicos & clericos, quoad disputationem veram, seu formalem, quæ cum hæreticis habetur. Hæc enim licet clericis permittatur, juxta modum suprà relatum; laicos tamen interdictur sub pena ex- communicationis ferenda in cap. quicunque, §. in- bibemus, hoc rii. in 6. & constitutione Innocen- ti IV. quæ incipit: *Noverit universas*; edita anno 1254. & alia Nicolai III. edita anno 1281. quæ incipit: *Item firmiter*; relata à Penna ad calcem Director. Inquisit. Laici enim præfu-

Titul. VII. De Hæreticis.

207

præsumuntur minus docti, & in rebus fidei pa-
rum instruti, cùm ea ad officium illorum non
spectent, & plerunque carent illamorum hone-
state, quæ præcipue requiriatur ad hanc disputatio-
nem, cùm tamen utrumque præsumatur, & requi-
riatur in clericis, qui tanquam in sortem Domini
vocati, id exæstus præstare debent, juxta tradita-
m cap. cùm in cunctis, de elect. Laici ergo de mysteriis
fidei disputantes, peccant lethaliter, etiam si
non incurvant excommunicationem ipso jure, ut
latè docent Eymericus p. 1. Directorii, q. 6. ubi Pen-
na, Sælles part. 1. de mysteriis tribunal. fidei, lib. 1.
cap. 10. regul. 86. & 87. Castropalao tom. 1. operis
moral. tract. 4. disp. 2. punct. 4. n. 4. Simancas de Ca-
thol. num. 8. & tit. 59. n. 11. Sanchez lib. 2. summe, c. 6.
Decianus tract. crimin. lib. 5. cap. 18. Azor part. 1. in-
stit. lib. 8. cap. 26. q. 1. Coninch de infidelit. disp. 18.
dub. 9. numer. 145. Franc. Valens in concord. juris
Pontif. 2. part. fol. 248.

10. His lippositis ratio præsentis assertionis pro-
venit ex eo, nam docere, & prædicare in Eccle-
sia propriè, & peculiariter ad presbyteros, & sa-
cerdotes spectat. Sanctus Maximus c. 8. cœlest. hie-
rarch. ibi: Presbyteros docere debere, & munus offer-
re. Quia in re habemus exemplum Christi Domini,
qui non nisi septuaginta discipulis, & Apostolis do-
cendi minus commandavit, quibus Episcopi, &
Presbyteri, sicut in officio, ita & in ordine successerunt.
Habemus etiam Spiritus sancti testimonium,
quo jubente Saulus, & Barnabas per impositionem
manuum Episcopi ordinati sunt, ut segregati à cæ-
teris per ordinationem ad annunciatum Evan-
gelium proficerentur, ut refertur cap. 13. Actuum
Apost. Habemus etiam exemplum Apostolorum,
quæ ad docendum Evangelium Episcopos, presby-
terosque confeclarunt: & Paulus 1. ad Timoth. cap. 3. Episcopos, seu Presbyteros idoneos ad
docendum ordinari præcipit: & ad Titum cap. 1.
presbyteros in sermone & doctrina laborare dicit:
& actuum Apost. cap. 20. idem Sanctus ait: Pres-
byteros Ephesinos positos esse ad regendam Ecclesiam
Dei. Unde laici non possunt hoc officium usurpare,
præcipue in contemptum sacerdotum. Quare
Tertullianus de prescript. cap. 42. hæreticos expro-
brat, quod conculcatis ordinum ecclesiasticorum
gradibus, omnes timeant, omnes scientiam pollicen-
tiantur: quod etiam mulieres apud eos docere audeant;
quod & laici sacerdotalia munia in jungant. De
quo abusu laicorum ita suo sæculo conquerebatur
Nicephorus. Gregoras lib. 1. hist. ibi: Ratiocinatio-
nibus, & sermonibus syllogisticis, velut herbe, & pas-

cuis armenta, omnes inhiant; quodque opificibus et-
iam effusa sunt arcana Theologia: & illi, qui dere-
ctafide ambigui sunt, & qui nec quomodo creden-
dam sit, sciunt; nec quid sit illud quod credere se
dicunt; illi (inquam) & foras, & porticus, & thea-
tra omnia Theologiam compleverunt. Rechè ergo in
præsenti Innocentius prohibet, ne cives laici Me-
tenses juxta abusum illius diæcesis audeant prædi-
care, aut in suis conventiculis de mysteriis fidei
disputare.

Nec obstat dubitandi ratio suprà expensa, de-
ducta ex cap. secundum, 19. dis. nam accipiens Dissol-
est textus ille, dummodo minister prædicans sit viror
ex destinatis ab Ecclesia, & electis ad docendum, dubi-
& prædicandum; nam tunc sive illi sit bonis mo- rati.
ribus prædictus, sive malis, id attendendum non
est, sed tantum quid prædicet, ut jam dixi in cap.

inter cetera, de offic. ordina. Nec obstant exempla
laicorum prædicantium pro augmentatione difficultatis
adducta; nam duplice modo responderi potest.
Primò, quod cùm prioribus Ecclesia sculus pau-
ci essent presbyteri, & saviente persecutione non
ita facilè reperitur idonei fideles, qui doctrinâ
sua de prædicatione prodeesse fratribus possent,
aliquis laicus per doctis id munus Episcopi com-
mendabant. Secundo responderi potest, laicos il-
los nec publicè in Ecclesia docuisse, nec publico
Ecclesiæ ministerio functos fuisse, sed potius eru-
diendis cathechumenis delinatos fuisse, ut eos
privatum eruditent, ut docuit Hallier. de hierach.
jurisd. lib. 1. cap. 7. Sanè quandoque ut hoc etiam
strictum admoneant, indulxit R. P. justas ob cau-
fas plerisque religiosis, ut licet ad sacros ordines
nondum promoti, possent tamen publicè concio-
nari, quemadmodum anno Domini 1584. Grego-
rius XIII. factitavit, concedens id posse fieri à So-
cietas Jesu clericis primâ dumtaxat tonsurâ insig-
nitis. Nec obstat quod dicebamus, laicos interel-
se Conciliis generalibus, ubi de precipiis fidei articulis
agitatur: nam etiæ Principes supremi, seu eo-
rum Legati Conciliis intersint, non tamen vocan-
tur, quia in rebus fidei sufficiagum habeant, ut eo-
rum auctoritate, & potestate aliquid decernatur;
sed solum invitantur, convocanturque, ut sint de-
fensores, exequitoresque Decretorum ipsius Concili-
i, & ut si quid de Republica Christiana salutem
decerni debeat, consilium prætent, ut probant
Bellarminus tom. 1. controversial. lib. 1. de Concilio,
capit. 15. & 16. Germonius lib. 2. de sacrorum im-
munit. cap. 12. Valdes de dignit. Regum Hispan.
cap. 1. P. Marcha part. 1. concord. lib. 2. cap. 6.

C A P U T XIII.

Idem ^a in Concilio generali.

Excommunicamus itaque, & anathematizamus omnem hæretim extollentem se ad-
versus hanc sanctam, orthodoxam, & Catholicam fidem, quam superius exposuimus,
condemnantes hæreticos universos, quibusunque nominibus censentur, facios quidem
diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de varietate convenient in id
b ipsum.

N O T A E.

^a Generali.] Lateranensi videlicet celebrato
sub Innocentio III. ubi cap. 3. & in c. 2. hoc
titul. in quarta compilatione reperitur textus hic,
de quo Concilio nonnulla notavi in cap. 1. de sum-

ma Trin. & commentarium hujus textus dedi su-
pra in cap. 6.

^b In idipsum.] Faciunt Imperatores in l. 60.
Cod. Theodos. de hereticis, ibi: Diversa sunt nomina,
sed una perfidia. Prudentius lib. 2. contra Symma-
chum: Una supersticio est, quamvis non concolor error.